



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXVI. V. liceat ei confiteri, quo cum peccatu[m] comissum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VI. De Ministro

chum comminisci aliquid posset, ut hoc colore quaesito, ius, alium Confessarium quaerendi, sibi compararet.

In hoc ergo casu subditus ille nemini debet confiteri, sed perinde censere, ac si nullam haberet copiam Sacerdotis: Nam profecto necessitas illa non est maior; quam si proprius Sacerdos abiret, aut moreretur. Cum ergo tunc sine licentia Superioris nemini confiteri possit; idem est censendum, quando est periculum illi confitendi.

Quaestio Licetne ei confiteri, quo cum peccatum
XXVI. commissum est?

Responsio. Licet quidem scrupulis seruandis, & esse potest fructuosa talis Confessio, quamquam erubescencia non esset tanta, quanta, si Confessio fieret alteri; quin etiam vix potest impudentia, & impudicitia excusari, quia appareret colloquium illi simile, quod fit extra Confessionem. Vbi vero periculum est excitandi & irritandi illecebram: Exempli gratia, ut si quicumque peccator suo complici, vel concubina suo concubinario Sacerdoti confiteatur, sacrilegium etiam est impudentissimum; ideoque propter aliorum scandalum talis Confessio vix fieri potest.

Datne